

452 In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

que, qui terrēna dumtaxat sapiunt, ad rem at-
tentī male politi, nullā religione astricti,
nisi quae ex usū sit, que regno, divitius, vo-
luptati tuendae inserviat. Acriter hos vi-
deas pro Rege illo, *Sapientia carnis*, pugna-
re; suumque Jabinum uti Aram, & Focum
defendere.

Ezech. 1. rem in fronte ejus micantis; & per ardētēm faculam in catuli ore, quem Dominici Mater vidit se in utero gestare. Verus ille *Barac*, id est, *fulgor*, *coruscatio*, *splendor*: verē fidelis, & obediens infidelitati, & inobedientiae oppositus. Est enim *fulgor* egregium obedienciam & cognitionis divinae symbolum, ut in Cherubinis Ezechielis apparat cap. 1. 24. *Cum ambula- rent, quasi sonus erat multitudinis, ut sonus castrorum.* & ver. 14. *Iabant & reveriebantur in similitudinem fulguris coruscantis.* Porro ire, & reverti obedienciam phrasis est, vel *Cen- turione Evangelico teste Luc. 7. 8. & Christo Domino Joan. 1. 51.* Rursus coruscanti fulgurati comparantur animalia Cherubica ob sapientiae cælestis supernaturale lumen. Ergo *Barac*, Dominicus est, fulgor & obediens & sciens fidei sapientia, oppositus Sisaræ incredulō & inobedienti: Dux est totius Prædicatoriæ militiæ, Dux incredulitatis, & inobedientiae oppugnator, divini verbi signum Regium præferens; verē *Barac*, id est, *fulgor*, contra vitia & hæreses fulgurans. A verbo *Barac* deducitur vox *Baraceth*, quæ *smaragdum* significat mag-
ni pretii gemmat Exod. 28. 17. de qua tradunt Albertus Magnus, Abulensis, Berchorius, Vincentius & ali, turpium, ac feedarum actionum conspectum prorsus aversari; adeo est puri-
tatis amator S. Dominicus verē *Barac*, seu *Bareceth*, id est, smaragdus, corusca & fulgu-
rans gemma, Sisaræ imputitati adversarius, quia Virginitate conspicuus; pudicitia enim illibatus ei flos; atque idcirco speciali quodam merito, divini verbi Dux, Prædicatoriæ Ordinis Pares, sive Iponius. *Barac in Cedes*, seu *Cades* habitabat, id est, in *sanctitate*. Do-
Gen. 49. 21. minici habitatio Prædicatoriæ Familia fuit, mystica *Cades*, de quo suprà. Ex tribu Nephthali erat, de quo illud Jacobi vaticinium Gen. 49. 21. *Nephthali, cervus emissus, dans eloquias pulchritudinis*, quod potiori jure in S. Dominicum cadit.

§. III.

*Exercitus sapientia carnalis, Chanaeui, ca-
ptivi, depressi, humile genus hominum,
equi.*

1742 *I* Abin Regis, & Sisaræ Duci hostiles copiae ex *Chanaeis* constabant, & equis, ex *Chanaeis* super equos: *Jabin enim, Rex erat Chanaeu cap. 4. 2.* Et licet curru numerentur c. 4. 3. & cadavera robustorum hostium c. 5. 21. tamen nullius nomen effetur, eque dumtaxat nominat ver. 22. Etenim *Chanaeus* Hebreicæ *Chenaganum* à verbo *Chenang*, id est, humiliari, ac deprimere, depressum atque humile genus hominum significat, *servos*, & *captivos*. Unde Gen. 9. *Servus servorum Chanaæ*. Equus verò luxuriæ symbolum est, ventris pabulo semper intentus, & libidinis licentia. Igitur talis Rex, talisque dux tales exigebat peditatum & equitatum; nempe carnis sapientia, & ejus Dux inobediens, infidelis, libidinosus non alias ad jugum suum hostiles pertrahunt copias, quam quæ ex *Chanaeis* constant & equis, hominibus in teterram servitutem compactis; servis peccati, diaboli captivis; equis & mulis, quibus non est intellectus, quibusque carnales affectus in scriptura passim significantur.

Principes Israel, qui propria voluntate obtulisti vos discrimini &c. Ecce Dominicanæ militiæ milites, *Principes* ad bona voluntarii ac faciles, qui sponte ad periculum animas obtulerunt, contra falsa dogmata usque ad vitam profusionem concertantes. Rupertus lib. 1. de Trinitate cap. 5. ait ex Hebræo sic haberi: *Cor meum diligit Doctores Israel.* Jam hinc mysteria explicatiū incipit retegere. Scilicet hi sunt novi, quos pro veteribus elegit milites, Doctores. Chaldaeus legit: *Cor meum ad Scribas Israel.* Videlicer his totus ille Barachianus exercitus constans, Ecclesiæ copias, signatim Dominicanæ, ex Doctoribus, & Scribis constructas adumbrabat; ad has certè cum allusione ad illas respexisse Spiritum sanctum recte LXX. Interpretes, quorum hæc est interpretatio: *Cor meum ad ea, que reposita sunt huic Israel.* Videlicer tota vaticinio in aliud intenta erat Debora prælium, alios prospicebat milites, qui sapientiam carnis debellatur erant, nempe Prædicatoriæ Religionis Doctores, & Scribas; in aliud intenta Baracum Doctotum & Scribarum Duxem, scilicet S. Dominicum, qui contra mundi sapientiam Evangelicas acies erat educturus. *Sed*

Ruper.

Chalda.

LXX. viderunt LXX. Interpretes, quorum hæc est interpretatio: *Cor meum ad ea, que reposita sunt huic Israel.* Videlicer tota vaticinio in aliud intenta erat Debora prælium, alios prospicebat milites, qui sapientiam carnis debellatur erant, nempe Prædicatoriæ Religionis Doctores, & Scribas; in aliud intenta Baracum Doctotum & Scribarum Duxem, scilicet S. Dominicum, qui contra mundi sapientiam Evangelicas acies erat educturus.

Pars III. ad V. 17. 18. & 19. 453

Sed pergamus propheticum exercitum recensere. Tribus ille constabat legionibus. *Le-
prima v. 14. De Machir Principes descenderunt. LXX. In me Machir descenderunt per seru-
tantes. Cajetanus ex Hebræo: De Machir scribæ descenderunt. Est autem Machir idem quod
cognoscens.* Prima ergo *Machirentum*, id est, cognoscens cohortis Scribæ perscrutantibus *Scriptores
confabat.* Secundam rursus addit: *Et de Zabulon, qui exercitum ducerent ad bellandum.* *sacri, dum
scribant, bel-
LXX. Vaticani: Et de Zabulon tenentes in Virga narrationis Scribæ. Compluentes, & Re-
gius Codices: Et de Zabulon potentes in sceptro Scribæ. Chaldaeus: Et ex tribu Zabulon scri-
bentes in calamo Scribæ. Nimurum bellare, & scribere eadem voce significantur, ut nota A-
bulensis; idemque nomen & gladium, & calamus exprimit. Iudeum videlicet bellatores, & Compl.
Doctores, scriptoresque fore prædicuntur in hac litteraria palæstra. Quo etiam spectat illa
Chaldaei interpretatio, premenis illa vers. 10. verba: *Qui ascenditis super nitenes asinas &c.*
Sic enim ille: *Dixit Debora in prophetia: Ego misa sum ad laudandum scribas Israël, qui,
quando fuit tribulatio illa, non cessarunt ab interpretatione lege;* & sic pulchrum illis, quod se-
dentes in domo congregatiōis in capite aperto, & docentes populum verba legis, & benedic-
tes & confidentes Dominum. Qui fuerunt impeditives negotia sua equitantes super asinas omnibus
pictarum vestium generibus scribas &c. Ex Hebræo effert noster Mariana, qui ascendit super Mariana
asinas albas. Iis sedentes iter faciebant, & prodibant ad bellum honoratores, quos inter-
pretor ex contextu Doctores & Scribas esse. Asinas autem sapientes vehuntur ex re, sci-
ent, quia ignorantiam subdunt sapientiae. Vide Cartharium de Asino merita Apollinis
apposito.*

Tertia militum manum addit vers. 15. *Duces Issachar fuere cum Debora, & Barac vesti-
gia sunt secuti.* Benè Rupertus admonet, hos etiam Issacharitas Principes, Doctores esse;
nam tota illa Tribus doctrinæ erat addicta apud Hebreos, ut etiam hic notavit Tostatus
quæst. 5. Nemo profecto sit, qui aliquo scripturarum gustu tangatur, qui in haec tam accurata
nomina allusione mysterium non agnoscat: neque tam exactam vocum selectionem utramque
militiam Martiam & Minerviam significantem, casti eveniente credat. Non casu quidem,
sed maturo consilio, eoq[ue] divino Canticum his allusionibus contextum est, quibus ab illo
Barachico exercitu Hebreis Doctoribus, & Scribis constante, Evangelicæ item acies for-
mandae prædicterentur, ex Prædicatoriæ Dominicæ alumnis, quibus ipse Dominicus egregius
Doctor & Scriba sapientissimus Dux erat præficiendus. Longum est, neque hujus loci, ca-
talogum texere virorum omnium, qui in Dominicano Ordine floruere sanctitate & doctrina,
predicatione & scriptis præstantissimi, & strenui omnes propagatores fidei. O quot Do-
ctores! quot Scribæ? quot Ecclesiæ Praetati? quot sacri Palatii Magistri? quot Regum
Hispaniarum Confessarii? quot in celeberrimis Academiis Professores primarii? quot a Sede A-
postolica Inquisitores delegati! Merito proinde dixeris, Prædicatoriam Familiam esse illam
Minerviam Militiam, quam Debora prædictit contra sapientiam carnis, & ejus hostiles copias
strenue dimicaturam.

Accessit his copias cælestis quoque militia; nam *de celo dimicatum est contra eos, & stellæ stellæ ma-*
manentes in ordine, & cursu suo aduersus Sisaram pugnaverunt. vers. 20. Hanc stellarum *lutiæ.*
pugnam per varia factam meteora exponimus, quæ scilicet stellas ipsas veluti sublimem quem-
dam exercitum in hostes irruentem repræsentarent. Et quidem hic stellarus exercitus pro
verbi divini exercitu flare videbatur contra carnis sapientiam. Symbolica autem hæ auxilia-
res copiae erant, militiam Angelicam, administratorum nempe spiritus pro his, qui heredi-
tatem capiunt salutis milios repræsentabant: in modo hanc stellarum militiam ipsos esse Angelos
multi arbitrantur, in quibus Vatablus, Valesius, Mariana, Serarius. Duæ illæ voces, in Or-
dine, & cursu suo, cujuscumque Angeli & diligentem obedientiam erga ducem in militia
maxime necessariam docent, & totius exercitus inde securum ordinem, qui hostibus inge-
ti terori est; hoc enim redditur Ecclesiæ terribilis ut *castrorum acies ordinata.* Porro hoc
diligenter suo cursu, hocque exacto ordine Angelica militia Ecclesiastica, & Religiosam præ-
fertum, instituit, in qua & obediens militum, & ordo maneret ad totius exercitus perfectio-
nem, victoriaque consecutionem summopere conducit. Quantopere autem hostes malè ha-
beat munerum ordo, & (ut ad rem dicam nostram) Dominicanæ Familiae œconomia, satis
probant triumphi, quos ipsa manens semper in ordine & cursu suo, gloriouse revexit. Sic
terribilis appareat, ut stellata, ut Angelica *Castrorum acies ordinata* contra hæreses & vitia,
ipsis Angelorum copiis adstantibus.

Sed postquam acies instruximus, auxiliaque comperimus, arma videamus.

§. IV.

*Arma sapientia carnalis, quibus Hæretici, Arma verbi divini, quibus Prædicatoria Fa-
milia pugnat, & vincit.*

1743 *P*rimò, hastæ, gladii, falcati currus. His Israëliticam Ecclesiam conficer-
nitezbantr, strageque magnâ fædere. Secun-
dò sacrilegi styl, furtivaque librorum volu-
mina in lucem, seu potius in tenebras cimme-
rias danda. Utrumque armorum genus no-
mine ipso *Siphra* continetur, si compostum
sit, ut esse queat. Nam si nota est, quæ pro
Siphra, id est, *Libro* more Chaldaico sumitur,
testibus Mercero & Quintinborio lib. de
Notis Hebraicis, & Egeriano in Dictionario

*C*um Verbi Dei acies Doctoribus constet,
quæ illis alia propriaria armorum genera,
quæm scriptorii calami? *Et de Zabulon (in-Doctorum
quit Debora)* qui ducerent exercitum ad bel-*armis scrip-
tum.* Chaldaeus, *scribentes in calamo scri-
bæ.* Propriè ex Hebræo: *Potens in styllo
librorum.* En quales plumatæ sagittæ, qua-
les vibratæ hastæ, quales strigæ gladii. O
quantæ his strages editæ! quoties sapientia
carnis confusa! Stylus certè Dominicæ, Tho-
mæ,

454 In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

Syrochaldæco. Sar verò, idem valet ac gladius. Item Sara furem impiumque significat. Ex utraque igitur parte integrum coalescens nomen, *Sisara*, significat Librum furtivum. Quia duo arma nefari exercitus contra militiam Dei decertantes movent, dum aut impio gladio nostros persequuntur, quod in Anglia non semel, & in aliis sàpè Hæreticis, infidelibusque Regnis factum dolemus. Et libris etiam furtivis, quibus divinas Scripturas subdole auferari, detorquere, sacrilegique aucti profanare pergunt, impudicamente calamosphæcæ sacra dilacerant volumina. Vide Serarum quæst. 31. & Grecorum Præfatione ad Bellarmini defensionem.

§. V.

Metatio aciei carnalis sapientie.

A 1744 Signatur v. 19. Venerunt Reges, & pugnaverunt, pugnaverunt Reges Chanaan juxta aquas Maggedo. Èst autem Thana, error mortalis occidens, à radibus iugha, id est, errare, & nacha occidere. Malo scilicet omne, & nomine ibi castra metata. Maggedo verò idem quod delitia, voluptates, à themate magad, id est, poma, & inde symbolicæ delitia Job. 5. 26. Apoc. 18. 14. Egregia porrò castrorum metatio, & tali exercitu digna; quo enim alio loco sapientiae carnis copiae insisterent, quā in Thana occidentis erroris convalle? Quibus alius muniret repagulis ejus exercitus, quā aquis Maggedo, id est, voluptatis flumine? At ut errans, & luxuriosa acies citius profligaretur, ea debuit esse militaris statio. Quo utroque nomine Thana, & Maggedo, id est, errore, & delitiae intellectus, & voluntatis corruptela designatur. Juxta aquas Maggedo, quia ab errore ad delitias & voluptates proximus est transitus, & è contrâ.

clesiam, ubi Dominus, Dominicique alumni de triumpharunt. Porrò quòd Ecclesiastica & Religiosa Domini militia, Romæ, id est, in excelsis Romanæ Ecclesiæ loco statuenda prædicta est, emphasis habet sublimis tum sapientiae, tum perfectionis Evangelicæ, quæ errori, & libidini opponuntur contrarii exercitus stationis. Ex hac enim Romana sapientiae & sanctitatis celstudine Dominicus, ejusque Familia universam errorum & libidinum castrametationem expugnat, hostilesque profligant Gentium, atque Hæreticorum phalanges in Thana, id est, errore, & Maggedo, id est, voluptate constitutas.

Vidisti exactas rerum collationes, nominumque, & factorum similitudines; commixtas aries aliquantis per symbolis armis sece oppentes spectare poteris: flamen illinc sapientiam carnis, flans hinc Dei verbum in Prædicatore Ordine eximia virtutis: illinc rebellum dum credibilitate & inobedientiâ confitentem; hinc fulgoranti cælestis sapientie lumine, atque incredibili obedientiâ celeritate S. Dominicum: illinc turpitudinis, & ignorantiæ exercitum equis significatum; hinc Doctorum, ac Magistrorum Dominicanorum copias. Prodeunt illi ex errore, & libidine, procedunt hi Angelica comitati militia ex Romanæ, ac Religiosæ celstudinis sapientia, & perfectione. Initur prælium, conseruntur manus, fugant, profligant sapientiam carnis, ejusque alumnos S. Dominicus, Prædicatoriaque illius Familia. Et quidem adeò profligati sunt hostes, ut eorum cadavera Cisonis, Cadumique fluentibus advoluerentur. Judic. 5. 21. Torrens Cison traxit cadavera eorum, torrens Cadum, torrens Cison. Utroque hoc nomine vocatur fluvius, qui Thabore ortus hinc inde in utramque Orientis, & Occidentis partem vehementi alveo proripitur. Cison fortitudinem significat; Cadum LXX. antiquitatem interpretantur. Et utramque amplectitur interpretationem Jonathas Chaldaeus. Nempe tota litteraria de hostibus Ecclesiæ victoria antiquitati doctrinæ bona ex parte tribuere debet Prædicatorium Sodalitum: nam sapientia divina, quæ has cælestes instruit aries ex antiquis est Proverb. 8. 23. Posset tamen verti Cadum ad mentem LXX. Interpretum, Principatus: nam Græcæ est κύριος σπέραν, id est, flumen Principatus. Porrò sapientia Dei flumini fluentibusque ingentibus passim confortur in litteris inspiratis. Igitur flatus hos rapidissimos, qui hostium cadavera devoluta rapuerunt, non obscurè innuere interpretamur Evangelicæ doctrinæ, atque eloquentiæ flumen, quod totam Prædicatoriam Familiam irrigat & exundat, ac per illam copiose sece diffundit vehementi quidem alveo, & cui humana sapientia carnis manus dat devitum. Et sicut Cison, seu Cadum Thabore monte defluens, id est, lucis puritate, ita Evangelica hæc doctrina ex purissima sublimi luce oritur

Sapientia
flumini si-
milis,

Jud. 5. 21.

§. V.

Metatio exercitus verbi Dei.

Exprimatur verf. 18. Zabulon verò & Neophyti obtulerunt animas suas morti in regione Merome. Ecquænam, quæso, istæ tanto digna epinatio regio Merome? Scio illam in Galilæa fuisse; itaque non terræ disquiro tractum, sed cælestis symbolum exquirro. Etenim hujus vocis Merome prior syllaba me. servilis est, neque ad naturam, & etymologiam nominis pertinet: itaque illa semota, integrum nomen exibit Rome, id est, excelsa, à verba rama, vel rom. Unde nomen urbis Roma, id est, excelsa derivat. S. Jeronymus l. de Nom. Heb. Pagnus lib. de Interpret. Nom. Fabricius Boderianus in Diction. Syrochal. in radibus ram, & rom. Unde Isaías 16. 5. de Petro 16. 5. prædictus: Incurvabit habitantes in excelso. Hebraicæ habitantes Marom, id est, Roma. Vide Roma. Alcazarem in c. 16. Apocal. v. 21. Notatione 5. fol. 799. Singulari ergo consilio locum Barachiani præfui notavit divina providentia, ut ita etiam locum innaueret Evangelica victoria & S. Dominico, ejusque Prædicatoris affectus olim reportandæ, nempe Romanam Ecclesiæ sapientia carnis, omnique ejus exercitu triumpharunt. Porrò quòd Ecclesiastica & Religiosa Domini militia, Romæ, id est, in excelsis Romanæ Ecclesiæ loco statuenda prædicta est, emphasis habet sublimis tum sapientiae, tum perfectionis Evangelicæ, quæ errori, & libidini opponuntur contrarii exercitus stationis. Ex hac enim Romana sapientiae & sanctitatis celstudine Dominicus, ejusque Familia universam errorum & libidinum castrametationem expugnat, hostilesque profligant Gentium, atque Hæreticorum phalanges in Thana, id est, errore, & Maggedo, id est, voluptate constitutas.

Vidisti exactas rerum collationes, nominumque, & factorum similitudines; commixtas aries aliquantis per symbolis armis sece oppentes spectare poteris: flamen illinc sapientiam carnis, flans hinc Dei verbum in Prædicatore Ordine eximia virtutis: illinc rebellum dum credibilitate & inobedientiâ confitentem; hinc fulgoranti cælestis sapientie lumine, atque incredibili obedientiâ celeritate S. Dominicum: illinc turpitudinis, & ignorantiæ exercitum equis significatum; hinc Doctorum, ac Magistrorum Dominicanorum copias. Prodeunt illi ex errore, & libidine, procedunt hi Angelica comitati militia ex Romanæ, ac Religiosæ celstudinis sapientia, & perfectione. Initur prælium, conseruntur manus, fugant, profligant sapientiam carnis, ejusque alumnos S. Dominicus, Prædicatoriaque illius Familia. Et quidem adeò profligati sunt hostes, ut eorum cadavera Cisonis, Cadumque fluentibus advoluerentur. Judic. 5. 21. Torrens Cison traxit cadavera eorum, torrens Cadum, torrens Cison. Utroque hoc nomine vocatur fluvius, qui Thabore ortus hinc inde in utramque Orientis, & Occidentis partem vehementi alveo proripitur. Cison fortitudinem significat; Cadum LXX. antiquitatem interpretantur. Et utramque amplectitur interpretationem Jonathas Chaldaeus. Nempe tota litteraria de hostibus Ecclesiæ victoria antiquitati doctrinæ bona ex parte tribuere debet Prædicatorium Sodalitum: nam sapientia divina, quæ has cælestes instruit aries ex antiquis est Proverb. 8. 23. Posset tamen verti Cadum ad mentem LXX. Interpretum, Principatus: nam Græcæ est κύριος σπέραν, id est, flumen Principatus. Porrò sapientia Dei flumini fluentibusque ingentibus passim confortur in litteris inspiratis. Igitur flatus hos rapidissimos, qui hostium cadavera devoluta rapuerunt, non obscurè innuere interpretamur Evangelicæ doctrinæ, atque eloquentiæ flumen, quod totam Prædicatoriam Familiam irrigat & exundat, ac per illam copiose sece diffundit vehementi quidem alveo, & cui humana sapientia carnis manus dat devitum. Et sicut Cison, seu Cadum Thabore monte defluens, id est, lucis puritate, ita Evangelica hæc doctrina ex purissima sublimi luce oritur

Pars III. ad V. 17. 18. & 19. 455

oritur. Rectè autem illius rapidissimum alvum Cison, id est, forte dixeris, necnon & Cadum, id est, Primatum; nam quæ doctrina, quæque Evangelica expositio Primatum præfert, id est, quæ unum totius Evangelicæ militia primatum agnoscit, ea fortissima supra Dei hostes est: & talis procul dubio semper exitit Dominicanæ Ordinis doctrina.

Neque obest quod c. 4. 9. pro eo, quod Vulgatus legit, In hac vice victoria non reputabitur tibi (Baraco) LXX. legum, non erit primatus tuus super viam, quam tu ambulas; potius enim hæc pro nobis sunt. Cum enim Barac totum bellum detrectaret, nisi Debora, id est, verbo Dei, comite; neque enim suis fidebat viribus; id ipsum confirmat Debora annens: Ibo, inquit, sed victoria tibi non tribuenda, neque primatus hujus negotii tuus viribus adscribendus, sed divino Verbo, divinæque sapientiæ, quod verissimum est. Non enim Barac, quæ persona privata, aut primatum gessit, aut propria sapientia auctoritate, atque militari virtute prælium conficit, sed Debora comite, id est, Dei verbo, seu Oraculo divino, & Iahæle adjutrice, de qua postea. Ita S. Dominicus, verus Barac, non à se solo habuit quod Prædicatoriaæ Familiae caput esset, tantèque nominis celebritate & gloriâ, ex tot reportatis triumphis, potiretur; sed à Deo, à Debora comite, id est, Dei verbo, siue Oraculo divino, divinæque sapientia; & Iahæle adjutrice, id est, Prædicatoria, Minervia que militia, ut jam explicò.

§. VI.

Finis prelio datus à statu Religioso ex meditatione, & actione mixto; Scholis, & Academias florente.

C 1745 Urur magnifico suas circumvectabatur acies Sisara; sed eodem, quo totus ejus exercitus pavore fractus, & confernatus de curru illo exsiliuit, pedibusque cœpit fugere: Fugiens autem pervenit ad Tentorum Iahel uxoris Haber Cinæi. cap. 4. 17. Opertus est ab ea pallio, & jam jam operiendus aquani perrit, fugâ, sudore ac metu exhaustus. Ipsa vero Iahel in potum lac Sisarae dedidit, quo celerrime, & altissime fuit soporatus. Tunc ad eum Jahel cum malleo venit & clavò, quem in ejus defixit tempora, per calvam, & cerebrum, in terram usque valentissime impellens: atque ita finis prælio datus, ac de immanissimo, potentissimoque hoste triumphus revectus.

C 1746 Etenim Iahelis nomen significat Meditationem, & actionem, à verbo halal, meditari, & agere. Hæc insignis foemina uxor fuisse dicitur Haber Cinæi; Cinæos autem de civitate palmarum, quæ Engaddi est, adventans constat ex capite 1. Judic. vers. 16. Hic planè vir Religioso status ordinem, & signatim mihi Prædicatorium per Engaddi designatum, adumbravit. Erant enim Cinæi, familia quedam Religiosorum in lege veteri, ut bene probat noiter Serarius lib. 3. Trihæresum cap. 9. & 10. Juvatque interpretatione nominis Haber; id est, Congregatio, conventus, Societas; qua ejusdem Ordinis Religiosi adstricti esse debent. Huic autem viro Iahel, id est, vita mixta ex meditatione, & actione connubit, qua Religiosum ordinem utrumque decet, & meditari, & agere. Et utrumque excellentissimo modo resplendet in Dominicana Familia, quæ non tantum sibi utilis est, sed alienis etiam proficia, mirè in ea confederatis actione, & contemplatione. Diximus per Deboram, quæ Verbum Dei loquitur, divinum verbum designari in Prædicatorio Ordine magnalia operante. Addiderim, eundem Ordinem in Iahel præsignatum; Iahel enim cum Debora in victoria, gloriæque societatem venit; peneque quod in Debora optimum & maximum est, delibat. Unde quasi de una dumtaxat foemina dicitur de utraque cap. 4. 9. In manu mulieris tradetur Sisara. Pergo.

Quiá vero Religioso statui, qui meditatio-

ne, & actione conflat, litterarum studia ad Ecclesiam Dei propugnandam, & munieram quām propriissima sunt; proterea uterque conjur Hæber, & Jabel litteris vacantes describuntur. Et quod ad virum attinet Cinæum, Scribam, Doctoremque sapientissimum fuisse multi extimant apud Serarum proximè memoratum: & ex generali Cinæorum historia constat 1. Paral. 2. 55. Cognitiones quoque scribarum habitantium in Jabeis canentes, atque 55. resonantes, & in tabernaculis communantes, id est, in scholis. Hi sunt Cinæi. Scribæ vocantur, quod divinarum rerum periti, facrorum librorum, legumque peramantes, ac studiosi essent. Talis Haber Cinæus Jahelis vir.

1747 Quod attinet ad foeminam Jabel, etiam illam scholis incubuisse attestatur Jonas Chaldaeus Jud. 5. 14. quæ enim Vulgaris legit: Benedic illa inter mulieres Jabel uxor Haber Cinæi, & benedicatur in tabernaculo suo, Chaldaica paraphrasis sic exponit;

1. Paral. 2.

Chalda.

Benedicris præ benedictione mulierum Jabel uxor Haber Salmei, fuit una ex mulieribus, quæ tractant, & perscrutantur in Scholis. Optimum profectò par doctissimorum Conjugum, quorum nomina Haber, & Jabel religiosum illum statum complent, qui culmen tenet perfectionis ex contemplatione & actione mixta, qualis præ alius, vel inter alios, Prædicatoria Familia. Non contendimus extra hunc Religiosum statum sacra studia non esse, sunt illa universæ Ecclesiæ communia. At hoc volumus, Religiosum hujusmodi ordinem tum in veteri, tum in nova maximè Ecclesiæ, Scholis, Academiasque semper floruisse. Vide hac de re Paleonidorum lib. 1. de Antiquitate & sanctitate Eremitarum c. 5. lib. 1. & lib. 2. cap. 1. 2. & 3. nostrum Plati de bono Status Religiosi lib. 2. cap. 19. 20. 21. 22. quæ sunt de Antiquitate & progressu Religiosi Status, & cap. 25. 28. 29. 32. 33. quæ sunt de ejusdem doctrina. Vide etiam Coriam in Dilucidario Chron. & Antiquit. Ordinis Carmeli lib. 7. Certè quidem in utrōque testamento legimus Religiosas Familias Academias semper habuisse, in quibus Haber Cinæus, id est, Religiosus status cum compar Jabel, mixta scilicet vita, Ecclesiæ filios bonis litteris instituerit. Hoc autem ad Dominicana Familiam spectare signatim, quis neget? cum illa tot Scholis, & Academias semper floruerit, adeò ut per annos plures rari fuerint in Republica litteraria alicujus nominis viri doctrinæ sacræ conspicui, cui Dominicana